

14

20  
14.

LAUREÆ AUGUSTÆ,  
VIRI

*Clarissimi & Excellentissimi*  
Domini

EBERHARDI von Kampen /  
Hamburgensis;

*cum*

*Magno suo merito,*

*Nobilissima Juridica Facultatis*  
*decreto*

In LL. nutrice Salanâ

*Utriusq; juris*


LICENTIATUS

PUBLICE

proclamaretur,

*d. 12. Octobr. A. C. 1646.*

Sacrum.



JENÆ

*Litteris SENGWALD - FREYSCHMIDIANIS.*

M DC IVL.



LARRE AUGUSTE

VIRI

Clarissimi & Excellentissimi

Domini

EBERHARDI von RAMPEN

Hamburgensis;

Magno

Magno suo merito

Nobilissimi Juris Facultatis

doctoris

In I. Juris Salana

Magno suo

LICENTIAUS

LICENTIA

procuratoris

h. 12. Octob. A. C. 1748

Sacrum.

EBERHARDI

EBERHARDI

EBERHARDI - FRIEDRICHIANI

M DC LVI





**N**on igitur, CAMPI, postquā ridentia tempe  
ac latum juris *campum* exspatiatus & arva  
florida Pieridum illustratus es, Icarus alter  
alis præpetibus quasi, magnis excidis ausis:  
Sed dudum meritō modò maclus honore superbis.  
Sit patriæ is decori, pandat proscenia Famæ.

*Consultissimo Domino Licentiate, amico  
plurimum æstimando, aliud agen-  
do gratulabatur*

*Johannes Tobias Major SS. Theol.  
D. & P. P.*

**Q**ui curâ vigili Leges & Jura colebas,  
Assiduèq; Tuam corde calente Deam,  
Accipis en rursus cultum Themidos venerande,  
Proq; Labore Tuomunera lauta; decus  
Scilicet eximium, quod maxima Lumina juris  
Exsolvunt facili mente manuq; bonâ;  
Indè novo vitulo cunctis venerabilis, inde  
E vulgo exemptus vivis honore novo.  
Gratulator hunc ego jure Tibi, Clarissime Kampf,  
Et precor hinc surgat gloria magna Tuis.

*Gratulab. de properab.*

*Erasmus Ungepaur D. De-  
cretalium P. P. & Collegii Juri-  
dici Ordinarius, &c.*

**F**lorida diverso ceu pingitur Hybla colore,  
quum breve mellilegæ ver populantur apes  
sic tua mens vario doctrinæ exurgit honore,  
si cmicat innumeris dotibus ingenium!  
sic genus exornas meritis, sic stemma propagas  
virtute, & patrio nomine digna geris.

**DIVA THEMIS FAVEAT, VENIAT VICTORIA COELO,  
FILIUS UT MAGNI VIVAT IMAGO PATRIS.**

*fauste gratulationis ergo l.m.g.s. scribebat.*

*Guernerus Rolfinck Phil. Med. D.*

*Pract. & Chim. P.P.*

---

**G**aude sorte Tuâ, Juris sectator & æqui,  
*Campeni*: Nam Diva THEMIS Tua vota secundat;  
TEq; locat VIRTUS ad celsa cacumina HONORIS.  
Illa Tuum porrò tollet super æthera nomen,  
Nominaq; inter tot præclara reponet AVORUM.

*Hoc edict; &*

*Honoribus*

*Clarissimi Domini Licentiati*

*Feliciter! acclamat*

**Christoph. Schelhammer**

**Hamb. D. & P.**

---

**S**vete laboriferum Themidos decurrere campum;  
*Laus, CAMPI, patriæ non moritura tue!*  
*Plaudito! namq; alios pandit nunc gloria campos;*  
*Hic tua pro cursu tempora ferta ferent.*

*Amicæ gratulationis ergo mittit*

**Justinus Schelhafe D.**

**In.**

**I**n campo illustri pugnasti gnaviter olim,  
*Camperi*, Themidos flosque decusve Sacrae.  
Nunc carpis fructus, meritos nunc carpis honores,  
Et clarus Juris *Doctor* in arte clues.

*honoris & amoris ergo gratulab.*

*deproperabat*

Johan. Zeisold Phys. Prof. Publ.

---

**D**escende coelo, Calliope memor,  
Dic ore blando Carmen amabile,  
Qui filius vester, comesque  
Justiciae teneris ab annis.  
Impone laurum Delphici Apollinis,  
Quam FAMA gestet perpetua manu,  
Et Campiorum aeternet annos,  
Cum Patriae decore aeterno!

Clarissimo & Excellentissimo Domino

Licentiate

FELICITER

acclamat

M. Joh. Christfried Sagittarius,

Histor. & Poës. P.P.

---

EBERHARDUS A CAMPEN J. U. L.

transpos:

*Per hanc laudem arte subi.*

*Per hanc artem laude subi.*

**E**st aliquid, merita censeri laude suorum;  
sed nihil est, laudis, si nihil ipse agis.  
Vos Therisæ tantum alienæ incumbite famæ,  
Acidæ similis non tamen ullus erit.

A 3

Est

Est Tibi mens melior, CAMPENI; stemmate clares:  
ast hanc per laudem fervidus arte subi.  
Nomine permultos, sed jure Licentia paucos  
ornat; nam Juris nec rudimenta tenent.  
Arcadicum pecus hoc sollers superare per artem  
hanc cum conatus; perpete laude subi  
culmen ad excelsum: Tibi naeta Licentia famam  
augeat, atq; Themis Te super astra locet!

HONORI

Nobilis ac Clariss.

DN. CAMPENI

Favoris sui Amicissimi

voto sincero

littat

ELIAS HIMMEL M.

## Anapästisch Sonnett

Oder

Kling-Gedicht.

**S** lobnet die Tugend! Sie stellet sich schwehr  
im ersten Anblicke. Doch ritterlich ringen  
Erstreitet dz Kleinod. Sich Himmel-auff schwingen  
Zur Sonnen-Gezimmer/ans Glinckende Heer  
Der Silbernen Sterne/durch Feuer vnd Meer/  
Erfindet dieselbe mit herzlichen Dingen.  
Dann lasset die hellen Trompeten erklingen  
Die schreyende Fama / vermeldet die Ehr'.  
Ey freylich! Hört Fama die Luste durch thönen!  
Seht Themis dort Herzen von Kampz doch krönen!  
Die Göttlich Astraa wird ihme vertraut.  
Eunomie pfleget ihn herzlich zu lieben;  
Die Himmlisch Uranie hat selbst auch/schaut!  
Sein Ehren-Lob vnter die Sternen geschrieben.

Zu freundlicher Glückwünschung vnd Anzeigung beharrli-  
cher getrew-williger Freundschaft verfertigte dieses

M. Benedictus Bock.

**W**ie daß ich hören muß dich/ Hamburg/ sich  
erfreuen  
Vnd mit gesamppter Macht/ Glück zu/ HERR  
Kampe/ schreyen/

Glück zu Austraen Sohn! Fürwahr/ es fehlet nicht/  
Weil diese grosse Stadt so klar ihr Viva spricht/  
Dz mein sehr-wehrter Freund/ dem ich mich ganz ergebē  
Zu schuldig-treuer Pflicht/ in diesen Stunden eben  
Dizmal empfangen hat vom hohen Helicon  
Den Preis der Embfigen/ die Edle Lorber-Kron/  
Die der Gelehrten Prinz/ Apollo pflegt zuschicken  
Denselben/ welche frisch zu folgen ihm gedencen  
Vnd klimmen hurtig an der Libetrinnen Berg.  
Wollan/ weil dem also/ daß dieses hohe Werck/  
Mein Grosser Gönner/ nun hat seinen Lauff vollendet/  
Ists recht/ daß sich zu euch in ein arme Feder wendet;  
Der vngelernte Mund stimmt nach vermögen ein:  
Ihr must/ Herz Kampe/ lang an solchen Orten seyn/  
Da ihr vor Nord/ vnd Wind / vor Donnern/ Hageln/  
Pliken

In Dnersterblichkeit könt ewig sicher sitzen/  
Ja ewers Rahmens Lob wird kein Schnee-weisser  
Frost  
Verzehrn/ ob gleich die Welt verzehret der Jahre  
Kost.

Zu Bezeigung seiner schuldigen Dienst  
Begierlichkeit gegen seinen vor des  
sen Hochgeehrten Herrn Tisch  
pursch übergibt diß geringe

Hans Adam Kubinger  
von Eger.

Edl



Εὐφροῦνιά' sacra  
Honoribus Summis PRÆCLARI maximeq; Conspi-  
cui Viri Domini Eberhardi à Kampen J. U. L. Digalski-  
mi, Fautoris, Amici, atque olim Commensalis  
sui Suavissimi

**C**astalis jam dicta dies resonare puellis  
Carminè promeritum Kampi adumq; Decus.  
Templa nitent Themidos violis, quas legerat ipsa  
Parnassi in ripis Callioperoseis;  
**JENA** Tuos gratà meditatur mente Labores,  
Sis procul à tantis Tu licet ipse Sacris.  
**JENA** Tuas, **KAMPI**, Musas colit, hicq; tiarane  
Ponit, ubi primus Miles amoris eras  
**Astræ**, primòq; ubi tela perita juventa,  
Primag; militie castra fuere Tua;  
**Hic**, ubi Mens claro nutrita est igne, calorem  
Et tulit ingenuum è corde calente Themis:  
**Ter** laudata Themis, qua se Tibi fecit amicam  
Interiore fide, candidiore manu;  
**Hoc** pede si propius cupias procedere ad altum  
Virtutis limen, siq; beare Tuam  
**Fervidior**e velis cultu, nec fallere euntem,  
Nec quoq; devotum Religionè volet,  
**Et Patria** referet Laudes, & carmine Musas  
**Et Propriam** gentem, & dinumerabit iter  
**Ad plenam** splendore domum virtutis, ad aulam  
Justitiæ insignem, quod graviore quidene  
**Curâ** sumpsisti, Kampi Præclare, per omnes  
Annos; sic magno nomine nocus eris.  
**Fecit**: Et hoc simili pactum Pietate paratum est;  
Ille suum postquam dexteritate pari  
Symbolon Astræ posuit, cultumq; receptum  
Cursu adeò fausto, tamq; volante pede.  
**For**sitàn hinc querit quidnam sibi Diva reponet  
Pignoris in pignus, signaq; quanta datis  
Muneribus vultu lepido Themis aurea reddet?  
Accipe dicit, Amor quæ mea pono meus.

Accipe victor ovans! Sertum immortale perenni  
Evinctam lauru porrigit in pretium,  
Diva Themis folio residens spectabilis alto;  
Accipe perpetuam, perpetuamq; domum,  
Parnaso propior qua sit, propiorq; Minerva,  
Regia qua Fama celsa sit usq; Tua;  
Accipe praeclaros titulos victoris, & huius  
Qui propior Phoebus Virginibusq; Novem;  
Accipe Pileolum, Te qui vulgo eximat, aureum  
Accipe nunc Orbem, qui vario digitos  
Splendore illustret; Siquidem Tu dignus haberis  
Plausu qui resono Nomina summa geras  
Justitia Vatis; Tibi pulpita celsa patefcunt  
Doctori, ut doceas jura sacra Sacer:  
Ecce genas rubeas Phoebus Tuus ore fideli  
Lambit, & è castis figit amore genis  
Oscula, qua totum toto Te pectore Diva  
jungant, ceu junxit Se Tibi mente Tua:  
Ecce fores patulas, quibus incluta Fama tenetur,  
Ecce fores patulas has, o Amice, Tibi;  
Posceris ad Fanum Magni Jovis, indeq; rursus  
Posceris ad festum Nominis Ipse Tui,  
Posceris ardentem casto igne ad Palladis aras,  
Teq; cupit socium Dia Thalia sibi;  
Purior ipse suis radiis Sol ire videtur,  
Pingere caeruleam nube Tuamq; diem.  
Talia qui secum tulit, & qui movit in Evax  
Tergeminum lato è pectore labra sono.  
Omnia felici stent omine, Sidere fausto  
Talia eant, roveo, Dulcis Amice, bonam  
Mente manumq; Tibi, Sapientis munera ponat  
Celsa Sophia Suo, docta Minerva Suo:  
Tertia maturis quando acta est messibus aestas,  
Tertia cum tristi frigore sevit hyems,  
Ut reducem Patrium ad Culmen Te Maxima tandem  
Gens Tua cum plausu cernere lata queat,

B

Cu.

Curia quando dabit fasces Patria, atq; securim  
 Laurigeram, Tutor Juris ut inde spes  
 Ominor hoc numeris levibus, Praeclare Sacerdos  
 Astrææ, & munus gratulor ex animo  
 Tale, suum Atlantem Te cum sibi poscer: Amora  
 Sic cresce in Patriam, consule sicq; tua.  
 Aspicient latas Aquilas, melioresq; fato  
 Gaudebunt Cives, KAMPf ad amandæ, Tui:  
 Vivere sic poteris, sic magnus haberier omni,  
 Qui modò Virtutem navit, Amice Tuam.

In debita indicinam lætitiæ pos-

ta Jenz à

M. Paulo Webero Norimb.

**S** O komm und grüß einmal das liebe Vaterland/  
 Da unser Hamburg prahlt mit seiner güldnen  
 Spitzen/  
 und hoher Wälle Pracht / am gelben Elbe strand:  
 Komm / untermenge dich den Leuten / die da sitzen  
 In seines Rathes Stuhl / du Themis kluger Sohn;  
 Komm / sey ein Rächer da des grossen Vaters Stelle  
 und Welt:beruffnen Stammis. Denn deiner Tugendlohn  
 mag nicht geringer seyn. Wenn fleiß / die rechte Quelle  
 Der Kunst und Wissenschaft verdiene Ehr und Preis /  
 Wie dir / O grosser Freund / auß freyen Stücken giebet  
 Dein Jehna / Helmeßed / vnd Leipzig den beweiß /  
 Das voraus Jehna dich daher hochgeliebt /  
 Und dir mit milder Hand erreicht die Ehren: Kron:  
 So sprech ich diß dabey: Es wird gewiß nicht minder  
 Mein werthes Vater: Land dir geben dessen Lohn /  
 Als welches noch wohl pflegt zu Ehren seine Kinder.

Zu freundlichen Angedencken gepflogener

trüwlicher Freundschaft und ange-

nehmer Tafel: Gesellschaft

setzte und wünschte dieses

Christian Buncke Hamburger.

V I R O C L.  
EBERHARDO à CAMPEN.

S. D.

**F**Erventi fervens si quis luctatur arenâ,  
Colligit & fortis pulverem Olympiacum;  
Hercles! is tandem pulchra aufert præmia gaudens;  
Nec nisi *certanti* palma superba datur:  
Sic nunc, mi *Campen*, laudat quem nostra Salana,  
Præsidium Charitum, pars animæq; meæ!  
Sic nunc cinguntur sacrâ Tua tempora lauru  
Et *Tibi vincenti* pulchra *Corona* datur.  
En, qui currendo metas *Virtutis* ad imas;  
Lætus venisti, parva brabea *Tibi!*  
Ex animô lætus *Themidis* *Tibi* grator honores,  
Quos raræ dotes tot metuere *Tue.*

*Amicitia testanda suavissima*  
*Li M. Q. scrib.*

*Johannes Gerhardus.*

---

**Q**ui benè *Palladiâ* pugnavit miles in arce,  
pro virtute suâ præmia digna capit.  
Es nobis testis vivus, *Clarissime Kampi,*  
Cui laurum imposuit doctus *Apollo* manu.  
Hoc precor, ut titulus multos *Tibi* tradat honores,  
& benè cuncta cadant, hoc precor! hoc voveo!

ita

gratulab.

Marcus Christophorus Kres  
Pat. Norib.

F I N I S.

V. R. O. C.  
EPISTOLAS CAMEREN.

F. ...  
Colligit & totum ...  
Hic ...  
Nec ...  
Sic nunc ...  
Pater ...  
Sic nunc ...  
Et ...  
Et ...  
Ex ...  
Quos ...

...

...

F. I. N. I. S.







Ed 1400.

ULB Halle  
004 064 828

3



TA → OL

VD 77

W.O.







14  
LAU  
Clar  
EBERH  
Nob  
Litteris

14.  
20.  
pen/

